DE EFFUSIONE INTRA ABDOMEN VULNERATIS PARTIBUS CONTENTIS.

THESES ANATOMICO - CHIRURGICÆ

Quas Deo Juvante, & Præside M. TUSSANO BORDENAVE, Artium & Chirurgiæ Magistro; Scholarum Professore Regio, Regiæ Chirurgorum Academiæ Consiliario, & pro Commercio extraneo Secretario, *tueri conabitur* Franciscus Guillelmus Le Vacher, d'Evreux *Ebroïcensis, in almâ Universitate Parisiensi Artium Liberalium Magister.*

PARISIIS.

IN REGIIS CHIRURGORUM SCHOLIS,

Die Sabbati 13ª. *Decembris, à sesqui-secundâ post meridiem ad septimam: anno R. S. H.* 1760.

PRO ACTU PUBLICO
ET MAGISTERII LAUREA.



Typis P. Al. Le Prieur, Regii Chirurg. Collegii Typographi.

M. D. CC. LX.



D. O. M.

THESES

ANATOMICO-CHIRURGICÆ.

I.

NTRA cavum Abdominis per vaſcula ultima arterioſa, in membranis viſcerum exterioribus & internâ peritonæi facie ordinata & patula, tenues continuò perſpirant humores, qui modò magnâ copiâ, nec ſine corporis incommodo aggregarentur, niſi bibulis venarum oſculis, juxtà animalis œconomiæ leges, motu perpetuo reſorberentur. Semper ergo ex naturâ ſuâ exhalans & inhalans Abdomen. Dum hæc in corpore ritè perficiuntur, ſanitas eſt; non item, ſi mutato rerum ordine plus exhalatur, quàm reſorbetur, adeſt morbus; liquoribusque congeſtis hic effectus vocatur *Effuſio.*

II.

ABDOMEN parteſque in ipſo contentas lædunt inſtrumenta pungentia, ſecantia, contundentia, aliaque & varios edunt effectus, pro vario læſionis gradu partibusque læſis. Non mirum ergo diverſi generis liquores pro variarum partium læſione, intrà abdo-

men effundi, ut infelix dudùm teftatur rerum experientia; fic læfis vifceribus aut vafis in hac cavitate contentis effluunt quandoque potus, cibus, chilus, bilis, urina, fæces, ichor, fanguis &c. Quæ quidem fluida in diverfis poffunt colligi locis, ex quibus omnibus in effufionum fpecie notanda fe præbet diverfitas. Si minori quantitate effluant hi liquores, partium abdominalium motu perpetuò quaffati, exfudanti humore ferofo diluti, ad refolutionem difponuntur, & per abforbentia vaforum ofcula versùs circulationis alveum, aut versùs organa corporis fecretoria derivantur. Sic ferè fponte fuâ morbum expellit Natura, Arte tantùm juvante, remediorum generalium topicorum que refolventium ope. Si autem majori copiâ ruptis vafis effundantur, tunc refolutioni impar Natura, malo mox obrueretur, nifi doctè feliciterque audax Chirurgia, apertis repagulis, liquoribus præberet exitum, Naturamque impotentem opitularetur.

III.

Variorum liquidorum præfentia plus minùfve importat periculi, pro indole, quantitate & variâ ad motus fpontaneos difpofitione; hinc tanquam lethalia haberi poffunt abdominis vulnera, cum effufione cibi, potûs, chili, bilis, urinæ, fæcum, nifi hæc parcâ admo dùm copiâ facta fuerit, ideoque aut refolutioni, aut expulfioni apta: alioquin enim indè fequuntur, & quidem paulò-poft vulnus inflictum, febris ardens, ventris tenfio, dolor, convulfivi motus, dolores colici, liquoris effufi perverfio, inflammatio vifcerum, gangræna, aliaque ejufdem generis peffima accidentia quæ ægrum brevì tollunt de medio.

IV.

Periculosissima etiam fanguinis effufio quæ fubfequitur rupto majori vafe; vix enim inflicto vulnere, oritur, crefcit & intrà breve tempus ad fummum pervenit gradum. Hanc effufionem indicant ventris tumor, tenfio, convulfivi motus, fpirandi difficultas, pulfus debilis, fudores frigidi, fyncope, lipothymia frequens; citò lethalis eft nullamque ferè admittit medicinam.

V.

Sanguis minori quantitate effufus fponte reforbetur, ita ut plerùmque nihil inde mali fequatur: quod demonftratur ex quibufdam abdominis vulneribus; tale etiam habet exemplum ex Rhuyfchio clariffimus Van-Swieten. * Non tam fauftis avibus obtinetur curatio, quando fanguis modicâ quantitate effunditur; nifi enim conftrictis vafis, aut alio quolibet modo compefcatur hæmorragia, fenfim ac fenfim affluente fanguine, oriuntur accidentia & in ancipiti res ægri verfantur, nifi effufo fanguini concilietur exitus. Quid verò in hoc cafu fit tentandum, quid fperandum? Patebit ex fequen-

* Abdom. vuln. §. 313. n°. 3.

tibus, determinatâ priùs effusionis sede ex consideratâ generatim abdominis structurâ.

VI.

INTER partes abdominis continentes præ cæteris annotandi musculi abdominales, qui situ, structurâ, dispositione, fibrarum ordine inter se diversi, peritonæo incumbentes, partes contentas alternatim premunt varia que digestioni, alimentorum motui, chyli expressioni, fæcum ejectioni, partui, sanguinis intrà portarum-venam circulationi &c. accommodata adimplent munia.

VII.

INTRA abdomen continentur viscera variis functionibus dicata, inter quæ majorem cavitatis partem replet tubus intestinalis fibris musculosis magnâ ex parte constans, aëre turgidus, motûs continui & peristaltici capax, humano corpore septies longior; pro loci angustiâ diversimodè inflexus, varios edit gyros & anfractus sibi invicem accumbentes quos pendulos & liberos retinet Mesenterium, ligamentum laxum, vertebris lumbaribus affixum, peritonæi soboles.

VIII.

VI vitæ tubum hunc premit musculorum actio, partes canalis sibi invicem apponuntur, pro structurâ & elasticitate fluidi intrà civitatem propriam expansi resistunt; cumque, juxtà fluidorum leges, liquores tendant versùs eam partem ubi minor est resistentia, ità liquores intrà abdomen congesti, ab intestinis elasticis & resistentibus pressi expelluntur versùs abdominis anteriora & inferiora quæ minùs resistunt, & liquidorum præsentiâ faciliùs distenduntur. Hanc mechanicam fluidorum dispositionem demonstrat hydrops ascites, tunc enim visu & tactu dignoscuntur ventris tumor necnon liquorum collectio versùs anteriora & inferiora; idem etiam probat spontanea fluidorum tendentia exteriùs versùs incisionem quamlibet supèr abdomen ritè institutam, ut evenit suppurato omento intrà abdomen post sectionem aut ligaturam, herniis suppuratis, &c. Quod evincunt in vivis observationes modò memoratæ, hoc idem testatur corporum vitâ functorum cum liquoribus effusis inspectio anatomica. Hujus modi exempla quatuor commemorat vir clarissimus M. Garengeot. * Idem observavit in cadavere hydropis hujusce actûs Præses. Attendendum in his-ce casibus liquores colligi anteriùs & versùs ilia, sique pars illorum intrà intestinorum intervalla diffluat, hoc post mortem evenit, parte minùs resistente, aut tunc ponderante liquore, præsertim quando adest in ipsis maxima fluiditas. Si etiam liquores effusi concrescant, vel minor sit ipsis fluiditas, ut fit effuso sanguine, tunc coagulatum hoc liquidum & intèr intestinorum spiras accretum, focum efformat effusionem quæ [illegible]mper anteriùs objicit.

* In comment. Regiæ Chirurg. Acad. Tom. II. in Comment. *sur les Epanchemens dans le Ventre.*

IX.

Exposita superiùs mutuâ & reciprocâ partium sanarum resistentiâ quæ liquores versùs anteriora premit ; sequitur, 1°. Sanguinem ex vase rupto diffluere cum difficultate quâdam & consequentèr effusionem intrà abdomen fieri difficiliùs quàm vulgò putatur. 2°. Exitum liquoribus esse parandum, incisione rite institutâ in parte anteriori & inferiori. Hanc doctrinam sagacissimis rationum momentis stabilitam, è tenebris edidit egregius vir, à patre haud satis laudando non degener, clarissimus Petit filius. *

* *Vide* Act. Reg. Chirg. Tom. II. Comment. *sur les Epanchemens dans le Ventre.*

X

Signis propriis dignoscitur effusio intrà abdomen. Quæ sequitur rupto vase majori, indicatur paulò post inflictum vulnus. (Vide N°. IV.) cumque sit citò lethalis, instituenda prognosis, ut ubi malo obruta deficit Natura, Ars impotens, futura præsagiendo, saltèm deficere non videatur.

XI.

Effusio quæ fit sanguine modicâ quantitate intrà abdomen effluente, non indicatur statim ab inflicto vulnere ; elapso tantùm tempore quodam oriuntur accidentia ; undè distinguenda sunt accidentia primitiva vulneri partibus quæ læsis propria, à consecutivis ab effusione oriundis & à vulneris naturâ non pendentibus.

XII.

Accidentia primitiva diversi modè oriuntur pro partium læsarum indole, cumque propria distinguantur pro singulis partibus læsis ; hinc repetenda ipsorum diversitas, idoneaque ipsorum curatio. Sic pro vulnere composito, aut complicato, læsâ musculorum aponevrosi, aut visceribus vulneratis, oriuntur dolor, irritatio, convulsio, tensio abdominis, viscerum inflammatio, singultus, vomitus, dejectiones variæ, retentio vel suppressio bilis ; urinarum, fœcum, febris ardens, maloque progrediente, pulsus debilitas, animi deliquium, sudores frigidi, &c. Hæc modò plura, modò pauciora sequuntur pro læsionis gradu, partesque læsæ dijudicantur ex sede vulneris, doloris specie & situ tùm vulnerantis tùm vulnerati, accidentibus propriis, dejectionibus, &c. Cum inflictum vulnus sequantur, facilè distinguntur ab accidentibus effusioni propriis ceduntque adhibitâ convenienti medelâ.

XIII.

Ab accidentibus modò memoratis, plurimùm differunt accidentia effusionis consecutiva. Si enim remissis symptomatibus primariis, per quatuor, sex, plures-ve dies ægroque meliùs se habente, absque ullâ causâ sensibus obviâ, reviviscant accidentia vel nova appareant ; tunc effusio præsens dijudicanda. Hæc autem tunc præ cœteris eminent symptomata, tensio ventris, dolor, spirandi difficultas, præcor-

diorum anxietas, febris, quandoque etiam vesicæ dolor & difficilis urinæ excretio: jam verò distinguenda tensio ventris effusionis effectus, ab eâ quæ sequitur læsionem nervosam. Hæc oritur statim ab inflicto vulnere, venter dolet, resistit, tenditur æqualiter ubique: illa tardiùs oritur, venter minùs dolet, minùs resistit, in parte determinatâ præ cœteris prominet & elevatur cum obscuro quandoque fluctuationis sensu. Lentiùs progrediuntur accidentia effusionis sanguineæ; citiùs, quæ sequuntur ex effusione liquorum secretorum, alimentorum ve; cùm enim motu spontaneo ad corruptionem faciliùs disponantur hæc liquida, faciliùsque procreent viscerum gangrænam, inde etiam citiùs adsunt febris ardens, gutturis, linguæ, labiorum ariditas, sitis, dolores abdominis, singultus, vomitus, motus convulsivi. Hæc ergo aliis notionibus ex situ vulneris petitis conjuncta, effusionem sanguinis ab aliâ prænuntiare valent, majusque vel minùs periculum pertimescendum indicant; inde concludendum quænam sit hujus mali prognosis.

X I V.

INQUIRENDUM sanè videtur quâ ratione ex effusione sanguinis oriantur tantùm accidentia consecutiva? Ratio patebit attentè consideranti, sanguinem effusum non nocere multùm primis temporibus neque copiâ, neque indole propriâ. Hæc probant serum hydropis intrà abdomen maximâ quantitate effusum absque accidentibus nativaque sanguinis constitutio acrimoniæ expers: sique post majorem hæmorragiam accidentibus tentatur æger, hæc non à præsentiâ sanguinis intrà abdomen, sed ab ejus absentiâ intrà arterias repetenda. Jam verò cum sanguis (N°. IX.) non effluat liberè intrà abdomen, versùs unum locum colligitur, ibique, præsertim si sit arteriosus, coagulatur *, quia licet moveatur abdomen, motui cedit vix ipse motus. Aliundè ortâ inflammatione in partibus læsis, induratâ que sanguinis limphâ, concrescunt, adhærent inter se partes sedemque peculiarem liquoribus effusis præbent. Inde per quietem & calorem orto motu spontaneo, ab indole degener dilatatur sanguis, dissolvitur, sero semper exhalante partim mutatur, distenduntur etiam partes vicinæ simul concretæ; unde in abdomine tensio nova, dolor, inflammatio, horrores absque regulâ, si immineat suppuratio, aliaque symptomata à partium structurâ, sensu, mutatoque naturali functionum ordine producta. Hæc immeritò etiam sanguinis putrefacti acrimoniæ tribuerentur; nisi enim gangrænâ incipiente jam afficiantur partes, statim exitu liquoribus parato, cedunt sæpiùs accidentia, licèt depravatus sanguis foràs totus non eliminetur.

* Non item coagulatur venosus sanguis, ipsumque in Cadaveribus post quindecim dies fluidum se vidisse testatur *Clariss. Garangeot*, in Differt. suprà laudatâ.

X V.

ACCIDENTIA effusionis modò memorata (N°. XIII.) ritè dignoscantur; cum enim viscerum gangrænæ sit occurendum, periculum foret in morâ.

XVI.

Exposita mali naturâ, ex dictis superiùs sede que ipsius cognitâ; quæ quidem sæpè elatior tumet cum obscuro fluctuationis sensu, patet liquoribus parandum esse exitum per incisionem ritè institutam. Jam verò pus in abdomine collectum faciliùs detrahi, *sectis inguinum locis, quodquidem Erasistratus demonstravit*, refert Cœlius Aurelianus * unde hanc operationem veteribus non incognitam patet; sed cum penitùs neglecta & temporum lapsu oblivione sepulta, imò ad effusum sanguinem eliminandum à veteribus nunquàm adhibita fuerit, hanc ad hunc finem in lucem de novo edidêre Chirurgi Parisienses *. Ut autem fiat hæc operatio, incisio tres digitos longa celebratur in parte laterali musculorum rectorum in distantiâ trium digitorum infrà umbilicum ad altitudinem spinæ superioris Ilii, si effusio situm habeat in hypogastrio. Cæterùm pro morbi situ vario, varius etiam incisioni locus. Linteolum cæsitium vulneri immittitur, deligatur curaturque ut abscessus. Injectiones lenientes primis curationis temporibus cautè adhibeantur ad grumos sanguinis abstergendos, posteà tanquam inutiles ablegandæ. Diæta tenuis, diluens præscribenda. Alvus leniter movenda. Evacuato autem liquido congesto, distenditur abdomen; cedunt inflamatio, dolor; expelluntur humores depravati partes que redintegratæ sanitati restituuntur (a); non item, si tardiùs instituatur operatio.

* De Morbis chronicis cap. 10.

* *Mém. de l'Acad. de Chir. tom.* 1 & 2.

(a) Sub finem tertii anni belli præsentis, dum castrentia nosocomia coadjutor Chirurgus teneret hujus-ce Actûs defensor, miles quidam duello præliatus ab antagonistâ vulneratus est. * Instrumentum altè in regionem lumbarem dexteram penetravit, adeò ut, illæsis tamen intestinis, vasa quædam meseraica aperuerit. Æger ad nosocomium, propè oppidum, Luynen, dictum delatus promptissimis egebat auxiliis. Jam enim alvus aucta multùm & tensa, difficilis respiratio, pulsus debilis, anxietas, horrores & extremitatum frigus effusionem minitabantur. Subitæ ergo, frequentes, largæ que fuerunt sanguinis missiones. Fotum est linimentis abdomen cum oleo rosarum quæ singulis quaternis horis per tres dies repetita, clysmatibus emollientibus, diætâ austerâ, potuque diluente adjuta fuerunt. Circà quintam & sextam diem ita remisêre accidentia primitiva, ut paululùm cibi permitti potuerit, æger imò deambulaverit. Verùm circà octavam diem urgentiora & periculosiora renata sunt symptomata. Longè magis ac anteà tendebatur alvus & dolebat præsertim in regione iliacâ infrà vulnus jàm agglutinatum subjacente, tumorque ibi eminebat œdematosus. Inflammatas & acres urinas æger cum dolore mittebat frequentiùs; febris auctior, sitis ardens, grandior anxietas, crebriores horrores manifestam effusionem nuntiabant, atque præsentiùs urgere periculum indicabant. Vix jam fiebat respiratio, viresque ægro identidem deficiebant. Convocatis omnibus quos accersere poterat Collegis, incisionem duabus vicibus in eâ parte celebravit ubi magis tumor eminebat, ita ut apertura tribus digitis exteriùs, interiùs verò duplominùs hiaret. Quo peracto defluxit liquor spissus vappam colore referens, albicantibus striatam lineis & innatantes cruoris grumos qui dilui non potuerant digitis avulsit, in primâ hac deligatione nullam injectionem exhibuit, setacæoque tantùm intromisso, alvum oleo rosarum inunxit, sed intrà octo, quæ secutæ sunt deligationes aquam hordei cum melle rosato in abdomen injecit & cum pulvillis eodem liquore imbutis novum vulnus curavit. Continuatis clysmatibus & fomentationibus, diætâ severâ, nec ultrà sitim producto potu, setacæo post dies octo abstinuit, vulnusque ut simplex tractavit & intrà triginta quinque dies Æger integrè restitutus est.

* Instrumentum erat gladius anceps.